





10

DISSE<sup>T</sup>ATI<sup>O</sup> IVRIDICA  
QVA  
DIFFERENTIAS IVRIS  
ROMANI ET GERMANICI  
CIRCA  
PIGNVS IN MANVS  
TRADITVM  
GERMANICE  
*Handhabend Pfand,*  
ANNVENTE  
AMPLISSIMO ICTORVM ORDINE  
IN ILLVSTRI VNIVERSITATE  
CHRISTIAN - ALBERTINA  
AD DIEM IVNII ANNO M DCC XXXIII.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET  
PRAESES  
IOACHIMVS DE FRICCIUS,  
I. V. D.  
RESPONDENTIS PARTES SVSTINENTE  
MATTHIA HINR. OPPERMANNO,  
SLESVICENSI.

---

KILIAE, LITERIS GODOFREDI BARTSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

1733, 1

18

14

DIESE KURSUS TITEL DIESER  
DEUTSCHEN LITERATUR  
ROMAN ET GERMANIC  
GENEAE IN MANUS  
TRADITION  
GERMANICA  
GAGA  
ANNATIS  
UNIVERSITATIS TORONTOIENSIS  
CHRISTIAN ALBERTINI  
AD DIEM IANI ANNO M DCCLXVII  
HIC TRADITIONE EXAMINIS SUMMIT  
PRÆSES  
IOACHIMAS DE PRICCIAS  
I. S.  
RUDOLPHUS VARUS STUTINENSIS  
MATHIAS HINR. OPPERMANN  
STUTVICENSIS  
ACAD. LIPSIENSIS  
KETTLER, ITALIAN, GOTHIC, BAROQUE

VIRO  
ILLVSTRI MAGNIFICO  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DN. IOHANNI  
ANDERSON  
I. V. D.  
INCLYTAE REIPVBLCAE  
HAMBVRGENSIS  
CONSVLI SENIORI  
SPECTATISSIMO GRAVISSIMO.

VIRG

ILLATRI MAGNIFICO

ALIAS

EXCELENTEISSIMO

DOMINO

DN. IOHANNI  
ANDERSON

LAD.

INCITATIVE HISTORICAE

HABITACENSIS

CONSALI SENIORI  
SECRETARIUM GRANSM.

**Q**ui *TE, VIR ILLV-*  
*STRIS ac MAGNIFI-*  
*CE, adeo ; merito-*  
*rum TVORVM partem perspe-*  
*ctam habeo. Itaque, et si *TE**  
*nunquam viderim, fero tamen*  
*in oculis et vehementer colo.*

Mo.

Moueor hominum constan-  
ti sermone, omnia de *TE* sum-  
ma praedicantium : incorru-  
ptam iudicandi voluntatem , cu-  
ras intentissimo semper animo  
in communi Salute defixas, be-  
nevolentiam in singulos ; ex-  
tollentium. Fama enim iuste  
praeclareque factorum , domi-  
forisque celebraris, et is habe-  
ris qui in summa dignitate con-  
stitutus, virtutem cum ea pol-  
sis aequare.

Horum

Horum conscius, non illos  
sequor, qui veniam offerendi  
libellum, prius exigunt. Lau-  
dabis propositum *VIR MAGNI.*  
*FICE*, quod cum *TE* suspiciam,  
*TVO ILLVSTRI NOMINI*  
dicatum et insignitum esse hoc-  
ce Specimen cupiam, quod  
Tesseram *TIBI* dem obseruan-  
tiae diu in medullis abditae:  
Gratum *TIBI* erit, qui aliis in-  
seruire cupis, quod optem diu  
ut id facias; quodque commu-  
nia

nia ciuium vota prorsus eadem  
quae pro parentibus suis et pro  
**TVA** salute suspiciunt, repetam.  
Vale **VIR ILLVSTRIS**, et fac,  
ut quemadmodum memoriam  
**TVI** quam maxime longam; ita  
et vitam qua frueris, efficias.

**ILLVSTRIS** atque Excellen-  
tissimi Nominis Tui

KILIAE,  
d. XI. Ianii  
MDCCXXXIII.

obsequentiissimus Cultor  
**IOACHIMVS de FRICCIUS.**

Q. D. B. V.

## PROOEMIVM.

**D**ifferentias Iuris Romani atque Germanici circa pignus in manus traditum priusquam exponam, remouenda videtur illorum opinio, qui ius Germanicum a Romano in eo discedere sibi persuadent, quod Iure Germanico, pignore transferatur dominium. COLERVS in Decisionibus Germaniae Dec. IX. secundum Ius Saxonum rem pignoratam simul atque traditur, exire dominio debitoris et transire in Creditorem adstruit. Sequitur hunc Illustris STRYCKIVS in Vsi Mod. ff. lib. XX. tit. 1. §. 3. putans liquido adparere ex Iure Provinciali Saxonico, pignore dominium temporarium transferri. Eandem hanc sententiam, vt omittam alios, defendit GVNDLINGIVS, in Schediasmate quod de Iure oppignorati territorii, publici iuris fecit. conf. Eius Ius Naturae et Gentium cap. XXIII. §. 72. Ego aliter atque illi, sentio, pignoreque dominium apud Germanos, in primis Saxones non transferri, opinor. Stant a mea parte Iura Germanica, stant magni nominis Doctores; HERTIVS in Opusc. Tom. III. Vol. I. §. 4. et SCHILTER. Exercit. ad ff. XXXIII. §. 4. cuius verba huc opponere luet. *Vulgo quidem traditur, Saxonum Iure pignus transferre dominium in creditorem, et comparari solet cum veteri Romanorum contractu, quem fiduciam appellarent; sed ex Saxonum iure pignus sua natura non transferre dominium nisi pactum aliquot acceperit, quod naturam eius alterat supra fuit demonstratum.*

A

Lau.

Laudarunt HAHN ad WESENBEC. lib. XIII. Tit. VII. n. 7. BEYERVS ad SCHVLTZII Synopsis Instit. Lib. III. Tit. XV. lit. E. SCHILTERVS dicta Exercit. XXXIII. et IOH. FRID. POLAC in Systemate Iurisprud. Ciuit. Germ. Lib. II. cap. VII. §. 1. veteres Germanorum leges; Allemannorum, Frisiorum, Wisigothorum, Longobardorum, Burgundionum, dominium et pignus accurate distinguentes. Relego eo lectorem animum in primis adiiciens ad ius illud SAXONICVM PROVINCIALE, quod hodienum legis vim habet. Huic enim a nobis dissentientes quam maxime iniuriantur. Intueamur itaque, at propriis oculis hoc ius; examinemus, at nullius auctoritate ducti, textus quos pro sua opinione adferunt. Tria loca adducit STRYCKIVS: quae eodem atque ille ordine hic inferamus. In his primus est Art. XXIV. Lib. II. Ein jeglich Mann mag seines Guts wol mit Recht anig oder los werden, ob er es verkaufft, versezt oder auslaßt oder verjähret es gegen seinen Lehn-Herrn, oder obs ihm vertheilet wird zu Land-Recht, oder zu Lehen-Recht oder zu welcher Weise ers abstehet unbezwungen. Secundus locus habetur Lib. II. Art. LX. Land-R. welcher Mann einem andern leihet sein Pferdt, oder Kleider, oder andere fahrende Habe, oder versezt, oder zu welcher Weiß die aus seinen Geweren mit seinem Willen kommt; verkauft sie denn der, der sie in Geweren hat, oder versezt er sie fürbaß, oder verspielt sie, oder wird ihm gestohlen, oder abgeraubet, jener, der sie diesem verliehen, oder versezt hat, der mag daran keine Forderung haben, sondern allein wieder den, dem er sie liehn, oder versezt. Alius adhuc textus extat in d. Land-

Land-Recht Lib. III. Art. V. was man aber dem Manne leihet, oder einsetzt, das soll er unverderbt wiederbringen, oder soll es gelten nach seinen Würden. Stirbt aber ein Pferdt oder ein Viehe, in der Verfagung (ohn jenes Schuld, der das unter ihm hatte,) beweiset er das, und thut auch dazu schweren, er gilt es ihm nicht, er hat aber sein verloren, daß es ihm vor versetzt stund; Ihr Gelübde stunde denn anders. Quod ad Art. XXIV. Lib. II. attinet, eundem in eo effectum alienationis tribui bonis obligatis vel pignoratis, quam venditis, ait COLERVS. Sed videamus an ea fuerit Collector mens, quam COLERVM ei affingere credimus. Apponamus integrum Articulum XXIV. ut eo certius hac de re constet, quae ex nexu totius articuli, non ex allatis a STRYCKIO verbis colligi debet. Man soll niemand aus seinen Gewehren weisen von Gerichts halben, ob er gleich mit Unrecht darein kommen wer, man breche sie ihm dann mit rechter Klage, do er selbst gegenwärtig sey, oder man lade ihn zuvor von Gerichts halben zu seiner rechten Antwort, und kommt er dann nicht vor, so er geladen ist, so vertheilt man ihm die Gewehr mit Rechte. Ein jeglich Mann mag seines Gutes mit Recht wohl ahn und losz werden, als ob er es vorkauft, vorsezt oder aufleßet, oder das er es verjahret gegen seinem Lehen-Herrn, oder ob es ihm vertheilt wird zu Land-Recht oder zu Lehen-Recht, oder zu welcher Weise er des absteht ungezwungen, so ist er der Gewehr losz mit Recht: Darum mag man niemandts mit Recht die Gewehr abzeugen, der sie hat, sie were ihm dann abgenommen, do er zur Antwort gegenwärtig

wertig sey, oder were darumb beklagt und vorgeladen zu seiner rechten Antwort, und do er nicht zu kommt. Non de dominio sed de possessione toto hoc Articulo agitur. Vetus hic legimus, ne quis possessione sua deiiciatur a iudice, licet iniuria mit Unrecht eam adeptus fuerit, nisi iusta Actione mit rechter Klage contra praesentem in iudicio proposita, eadem exciderit. Possessore in iudicio non praesente, eum ad comparendum in iudicio et ad exceptiones preferendas citandum esse, SAXO iubet: eo vero non comparente, tunc demum iure mit Recht possessione sua priuari, per sententiam iudicis. Hoc casu ita posito, cum iustae actionis rechter Klage quae scilicet ad adipiscendam possessionem sufficit mentionem fecerat; iam causas subiungit, propter quas iure quis possessione sua priuari et alter in eam immitti possit. Afferit eam in rem casum venditionis, pignoris, renunciationis iudicialis, caducitatis feudalnis. His existentibus aut quoconque alio modo quis rem suam alteri cessit non inuitus, eum possessionem amittere ait: concludens, neminem iure mit Recht possessione priuari, nisi iudicaliter ea exciderit; cum vel ipse ad respondendum praefens fuit, vel citatus non comparuit. Omnia haec plana sunt: omnia perspicua. Agitur nimurum hic de adipiscenda possessione: acquiritur ea quoque ex causa pignoris, sed inde non sequitur, pignore transferri dominium, causa pignoris sua natura ad possessionem pignoris adipiscendam sufficit. Quin iure Germanico creditor cui pignus promissum, ad eiusdem possessionem adipiscendam agere possit, dubium esse nequit. Promissis standum esse et pacta seruanda, Germanica fides exigit. Wer etwas borget

borget oder gelobet, der soll es gelten, und was er thut, daß soll er stets halten. L. R. Lib. I. Art. VII. Indeque est, quod in nostro Articulo sanctum Ein jeglich Mann mag seines Gutes mit Recht wohl ahn und losz werden, als ob er es verseztet, so ist er der Gewehr losz, mit Recht. Quod COLERVIS subiicit, eundem effectum alienationis tribui hic bonis obligatis vel pignoratis quam venditis non negatur quidem, sed nihil ad rem facit. Qui rem emit, ille ad eam sibi tradendam agere potest; cui res pignori promissa dem sie im Contract verseztet, eadem actione gaudet. Idem hic effectus pignori qui emtioni tribuitur: ergo ne aque in pignore quam in emtione dominium transferetur? scilicet sic argumentari licebit, quando eiusdem effectus variae non amplius eaeque diversae poterunt esse causae. Subiungit porro COLERVIS ad opinionis suae confirmationem, quod si per Creditorem pignus deinceps alienetur, contra tertium possessorem nullam proditam esse debitori actionem, sed contra solum alienantem: adducens eam in rem Art. IX. Lib. II. qui idem ille textus est, quem ex STRYCKIO secundo loco retuli. Sed hunc ego textum vterius illustrabo, cum differentiam, quae, quoad rei pignori datae, sed a Creditore alienatae vindicationem, inter Ius Romanum et Germanicum intercedit, explicabo; id vnicce nunc moneo, non sequi: debtor rem, quam Creditori suo pignori dedit, a tertio, qui eam bona fide a Creditore accepit, vindicare nequit; ergo Creditor qui alienauit pignoris dominus fuit: aliam quippe huius effectus causam dicto loco indicabo. Tertium quoque a STRYCKIO adductum locum Articulum V. Lib. III. tunc ex-

planabo, quando de interitu pignoris infra differam; quæque Iuris Romani principiis imbuti Interpretes de casu ad dominum pertinente hic immiscent, examinabo. Prius autem quam hinc pedem moueo, id manibus SCHILTERI mihi debere videor, ut GVNDLINGIVM in eum inuehentem aliquantum refellam: quamuis enim nec cum eo vbiique sentiam; in eo tamen conuenimus ambo, Iure Germanico pignore non transferri dominium. *Causa*, inquit GVNDLINGIVS dicto Schediasmate §. LXXVI. quae Iuris Consultum summum commouit, ut ita statueret, forte haec fuit. Vedit ille et Creditorem et commodatarium (nam et de hoc apud Saxones quaestio est) a doli et culpare praestatione non fuisse immunes; occurrunt enim leges non paucæ, in quibus damni refusio creditoribus vel commodatariis adjudicatur, quibus negligentiae vel dolî macula adhaerebat. Ibi vero sic argumentabatur, si domini fuissent, ad haec praestanda obligari non quisiissent. Sed vereor ut hoc concludar. Neque enim adeo absolum est, ut is qui dominus fiduciarius seu temporarius est resarciat damna data, data non sine culpa, data saepè ex negligencia. Quo ipso Creditoris dominio nihil praeciducii imminet. Supra diximus, maritum voluntatem. Quod de argomento a dolo et culpa de sumto SCHILTERVM ad ita sentendum impellente adfert GVNDLINGIVS, me quoque mouere non disimulo, ut iure Germanico, pignore dominium non transferri statuam. At nec me vnicet mouet nec illum mouit. Est ob oculos indoles atque natura Contractus pignorati. Respicio ad mentem, intentionem, finem contrahentium. Debitor pignus dat, ut a Creditore ob-

obtineat quod cupit: creditor securitatis causa accipit: non rem acquirendi animo: accessorie tantum non principaliter pignus contrahitur; debitori non ea mens est, vt rem suam in creditorem transferat; nec creditori, vt pignore accepto, debitorem a principali obligatione liberet. Acoedit pignus securitatis causa, ergo omne id creditori ius concessum esse censetur, quod ad securitatem spectat; ultra nihil indulgetur. Recte GROTIUS de Iure Belli et Pacis Lib. II. cap. XII. §. 6. Pignus securitatem praestare: indeque optime IOH. FRID. POLAC cap. VI. §. 1. pignus, cum sit ius reale in securitatem debiti vel crediti, creditori a debitore constitutum; facile patere, debitorem adhuc manere rei oppignoratae dominum. Verum eidem huic argumento innititur non minus GVNLINGIVS, contendens, rei oppignoratae, dominio in se translato, magis securum reddi creditorem. Audiamus verba eius d. Sched. §. LXXXI. expressa. *Natura pignoris hoc exigit, ut Creditor crediti sui sit securus. At num securus redditur rei Dominio in se translato? immo hoc magis ei cautum est. Plus enim Cautionis in re propria est eiusque dominio, quam detentio rei alienae.* Ego contra contendō, iam satis vel sine dominii translatione creditori esse prospectum. Incumbit hic pignori ipsi a nemine auferendo, quicquid iuris antea in eo habuerit; vendit etiam elapsō termino, sed ex lege Contractus, non ex dominii quodam iure. Quid quaeso iuris amplius ex dicto isto dominio Creditori accedet? Nihil sane. Non a culpa, non a dolo eapropter immunis est. Non pignore pro lubitu vtitur, non fructus ex eo lucratur, non de eo disponit, non alienat ante tempus definitum efflu-

effluxum. Si securus facit, agit contra legem contractus,  
eaque propter debitori tenetur. Taceo prudentiam  
legislatoriam, superfluas cautelas, qualis ea, quam de  
translato dominio effingunt, non potest non esse; ab-  
horrere plane et a ICto quoque esse rescindendas. Quae  
de temporario, et Ciuiili mariti dominio afferuntur a  
GVNDLINGIO, me non morantur. Temporarium  
ego eum dominum non dixero, qui durante isto tenu-  
pore nullum dominii actum exercere potest: ciuilia  
vero nos ignoramus Germani commenta. Sed satis de  
his; nunc eas, quas circa pignus in manus traditum,  
re vera subesse credo differentias, pro instituti ratio-  
ne explicandas sumam: illud praetereundum non  
est, pignore in manus tradito non intelligi res immobi-  
les. Natiua vocis des Handhabenden Pfandes signifi-  
catio id prohibet et legum quoque nostrarum, com-  
munisque loquendi usus. conf. IVS LVBECENSE Lib.  
III. Tit. IV. vbi §. 4. wan einer dem andern Geld für  
strecket auf sein bewegliches Erbe und Gut, und  
dasselbe tradirt und angewiesen wird, also, daß es  
sein Handhabendes Pfand wäre. et §. 5. wiederum  
vergeßt einer etwas von seinen beweglichen Gut, und  
übergiebt es als ein Handhabend Pfand. Cum quo  
conueniunt CONSTITUTIONES REGIÆ von Schulde  
und Pfand: Protocollen; ex quibus HOLSATICA d. 20.  
Sept. 1698. promulgata §. 4. ita deponit: So soll jedoch  
vergönnet seyn, daß auf des Creditoris und Debitoris  
Begehren die Mobilia und Moventia wie auch andere  
Nomina et Actiones specialiter mit benannt und ex-  
primiret werden, et paulo post, diejenige welchen  
davon beweislich einige Stücke zum Handhabenden  
Pfande

Pfand versezet, daben zu schützen, und der Creditor, dem dergleichen Mobilia im Schuld- und Pfand-Protocollo verhypotheciret an selbige keinen weitern Anspruch -- quae iisdem verbis in constitutione SLESVICENSIS eodem die emissa spho quarta sancita leguntur; conspirante in eundem sensum PINNENBERGENSI constitutione d. 4. Dec. 1699 publicata, Nec obstat, quod de Veteribus, vir Clariss. et Doctiss. IOANNES OTTE, I. V. D. Hamburgensis in Diss. Inaug. de Iure Hypothecarum publicae secundum STATVTA HAMBVRGENSIA elapso anno habita §. XI. monet, et in HOLSATIA adhuc vsu seruatur, eos immobilia alteri tradere voluntates, vt traditio stricte interuenisse diceretur; acceptanti glebam ex fundo effossam aut frustum ex aedibus resectum, einen abgehauenen Span, in manus tradere solitos fuisse, et eo ipso totum fundum in manus eius translatum esse, significasse. Nam licet haec symbolica traditio suo effectu gaudeat plane tamen alio immobilia, quam mobilia modo possidemus.

### DIFFERENTIA I.

**I**ure Romano Dominus rem suam pignori datam, a Creditore contra naturam Contractus alienatam a quoconque possessore vindicat l. 9. ff. de Rei Vindicat. BRVNNEM. ad h. l. HILLIG. ad DONELL. Lib. XX. c. 3. lit. D. et G. At iura Germanica hic aliter calculum subducunt; in quo rectae rationis dictamen et iuris naturae ductum sequuntur. Scilicet dominium primitus ex apprehensa rerum possessione ortum, ipsa possessione retinetur, vt, nisi aliquis de aliter constat, possessio ac dominus idem sit; ac ille,

B

pro

pro hoc, quoad effectus ciuiles atque morales habendus. Id quod præsertim in rebus mobilibus verum: de earum dominio non facile aliter, quam ex possessione constat; neque enim hic iudiciale resignatione aut instrumentis aut testibus sibi prospicere potis est, neque etiam rerum humanarum conditio patitur ut in titulum possessionis tam sedulo inquiramus: sed qui eam tenet, pro domino merito habetur. E contra qui alteri rem suam mobilem tradit, licet non ex causa ad dominium transferendum habili, nec eo animo, ut dominium transferatur, ita ut illud reuera apud tradentem maneat; ille tamen id in alterum transfert, quod dominii signum est, possessionem scilicet, aut ut iura nostra Germania loquuntur die Gewehr: nam quod apparet aut quod est, haud raro in moralibus et ciuilibus pro iisdem habentur. Hinc ubique ad eam in hac materia respiciunt leges nostræ infra allegandæ. Ad hoc signum dominii coeteri, non ad Contractus inter dominum et possessorem celebratos, attendunt: et iure quidem. Quod inter istos contrahentes actum fuit, reliquos fugit, qui ad rem ipsam respiciunt creduntque quod vident. Iste autem qui rem suam alteri, sibi reseruato dominio, tradidit, fidem eius, cum quo contraxit, credendo securus, adeoque sequi etiam debet in repetendo. Signum illud dominii externum, possessio, illos, qui cum possessore contraxerunt, in bona fide constituit. Vulgata illa Germanorum Paroemia **Hand muss Hand wahren** verum dominum repellit. Effert hanc IVS LVBESENSE clarissimis verbis, titulo de commodato, qui secundus est libri tertii Codicis Lubecensis §. 1. **Was ein Mann dem andern leihet, das soll er ihm**

me unverdorben wiedergeben, oder bezahlen nach  
seiner Würde, wann es verlohren wäre. Verkauff-  
te, vergebe, versetzte oder alienirete er aber das ge-  
liehene Gut, es sey welcher Hand es wolle, so hat  
der Commodans oder Ausleihner keine Ansprache, wie-  
der diejenigen, welchen es verkauft, vergeben, oder  
versetzt worden, sondern muß bey seinem Manne dem  
Commodatario dem es geliehen oder bey seinen Er-  
ben auf den Todesfall bleiben; dann hand muß Hand  
warten. Et ne vllum de eo dubium esse possit, addit  
§. 2. Ein jeglicher sehe wol zu, wem er das seine aus-  
leihe, und vertraue, dann würde es sich zutragen,  
dass derjenige, dem es geliehen oder vertrauet, das-  
selbe verkauftte, versetzte oder sonstien alienirte, wil-  
dam der Ausleihner das Gut wieder haben von dem,  
welchem das ausgeliehene Gut per Contractum ge-  
bracht, so muß er es selbst loesen, sonsten bleibt der  
es gekauft oder an sich gebracht, näher dabey, dann  
derjenige, welcher das Gut ausgeliehen: dann da-  
jemand seinen Glauben gelassen, da muß er ihn wie-  
derum suchen. Obtinent haec quoque in pignore licet  
IVS LVBECENSE expresse de eo non loquatur; eadem  
enim hic adeat legis ratio, quae in commodato; quin  
eo magis in pignore obtainere debent quo plus iuris pi-  
gnore in creditorem quam commodato in commo-  
dantem transfertur. MEVIVS ad IVS LVBECENSE h.  
A. n. 12. *Verba (inquit) huius Articuli ausleihen und ver-  
trauen, satis innuunt non ad commodatum saltem sed  
etiam ad alios contractus, pertinere. Vox enim vertrauen  
alios Casus, ubi fides re tradita habetur, denotat, ut ex  
art. 1. & 2. tit. seq. patet; generatim porro id repetitur in*

d. Art. 9. tit. 4. b. l. MARQVARDVS de iure Mercatorum et Commerciorum Lib. 2. c. 9. Nec obstat §. 10. sanctum esse: Es mag auch niemand sein Pfand andern versezen noch verpfänden, bey Strafe der Gerichte. Conuenimus agere Creditorum contra fidem contraria, quod rem in securitatem pignoris acceptam in alium transferat, quoque id titulo fiat. Sed hoc eum solum tangit non tertium qui in bona fide est. Patiatur legum rigorem, restituat debitori quod ei abest; sed securus sit qui rem quam tenet ab eo habet, qui pro domino possidebat. Amplitudinem sententiae huius legis melius exhaudit IVS HAMBVRGENSE inter quod et LVBESENSE IVS hoc in momento mira est consensio. Tradit illud P. II. Tit. IV. A. 11. Wann ein Gläubiger in seines Schuldners beweglichem, Verpfändung hat, und ihm doch dasselbe in seinen Gewehren gelassen, der Schuldener aber immittelst ehe dann der Zahlungs-Termin kommen, solche verpfändete fahrende Haab verhandelt, oder in andere Hände gebracht, So wollen wir, daß auf den Fall zu Befürderung gemeiner Handthierung, und Vermeidung beschwerlicher Disputation, der Gleubiger die verpfändete bewegliche Güter, von denen Personen, die sie mit gutem Glauben, und richtiger Ankunfft erlangt, wiederum abzufordern nicht befugt seyn soll. cum quo conspirat Art. VII. Tit. II. P. II. welcher Mann dem andern leihet sein Pferdt, Kleidt, oder was es für Gut sey, und auf wasserley Weise er das aus seinen Wehren lesset, mit seinem Willen, und verkauft es derjenige, der es in seinen Wehren hat, oder versezt er dasselbige, oder wird es ihm gerauhet

bet oder gestohlen: So mag derjenige der es erstlich verliehen oder versetzet hat, darauf wieder den Einhaber desselben, wosfern derjenige solches mit gutem Titul an sich gebracht, keine Forderung haben, sondern muß sich deswegen an denselben, welchem er es versetzt hat, oder so derselbige verstorben, an dessen Erben, halten.

Quarum saluberrimarum legum originem in antiquo Saxonum iure reperimus. Articulus Sexagesimus Lib. II. des Land-Rechts ita perspicuus est, vt nihil dubii relinquit: welcher Mann einem andern leihet sein Pferdt, Kleider oder ander sein fahrende Hab, oder das ers vorsezt, oder zu welcher Weis dis aus seinen Gewehren mit seinem Willen kempt, verkauft es denn der, der solches in Gewehren hat ein andern, oder vorsezt er das fürbaß, oder vorspielt es, oder aber wird ihm gestohlen oder abgeraubet; jener, der es diesem verliehen oder vorsezt hat, mag daran des Leihens halben keine Forderung haben, sondern allein wieder den, dem ers liehe oder vorsagt.

Ponit utrumque casum pignoris et commodati auditque, quo amplior sit legis dispositio causae suae impulsuiae congrua; aut quoconque modo Domini voluntate quis rei alicuius possessionem adipiscitur. Assentimur ergo GVNDLINGIO, qui in dicto Schediasmate §. LXXIIX. SCHILTERO exprobrat, quod IVRE SAXONICO vindicationem contra tertium Domino competere statuat: Alter tamen quam ille fecit SCHILTERVM refellendum putamus. Verba Art. XX. Lib. III. Speculi Saxonici: Unterwinden mag sich auch wol ein Mann seines Gutes, wo er es siehet mit Recht, daß man ihm

mit Unrecht fürhelt über beschiedene Zeit, quibus SCHILTERVS praeprimis insistit, nihil quicquam ad rem facere existimamus; Antecedentia de eo vnicē, quod inter commodantem et commodatarium ratione rei commodatae iustum est, disponunt: tertii mentionem non faciunt; prohibent verba *Dass man ihm mit Unrecht fürhelt über beschiedene Zeit, ne hic §. de ter-*  
*tio accipi queat;* Pactum de tempore restitutionis, in-  
ter commodantem et tertium possessorem non inter-  
cessit: hic, alterum qui rem suam esse dicit, ignorat  
plane. Quid? quod paragraphus ista de judiciali repe-  
titione, ne loquatur quidem, vere videor posse con-  
tendere. Id enim iam initio huius articuli erat sanctum,  
commodantem a commodatario rem commo-  
datam ultra tempus conuentum retentam, iudicio re-  
petere posse: *Wer einem andern leihet sein Pferd oder Kleyder zu beschiedenen Tagen, hält er sie darüber, und wird darum beklaget er muss es zu Hand wiedergeben:* At vero hisce addit SPECVLATOR, ad-  
hibitis particulis, mag auch wohl, iure quoque potiri  
aliquem re sua, si eam viderit, quae ultra tempus con-  
ventum, iniuria retinetur. Verbum *vendicare* quo in-  
terpres latinus vtitur, et verbum *unterwindet* quod  
in textu germanico adhibetur, et quibus particulae *lici-  
re* et *mit Recht* adiiciuntur, occupationi, quae ab ipso  
commodante, lege permittente fit, apprime conve-  
niunt. *Vendicare res suas, sein Gut ansprechen mit Recht,* Art. XXXVI. L. II. dicitor, qui res sibi furto ab-  
latas, possessori auferre intendit; et abstulisset quoque,  
nisi alter restitisset; non minus ac ille, qui possesse  
resistente, viam facti deserit et iudicio experitur; *iure*  
*rem*

rem suam vendicare d. Articulo innuitur , sich unterwinden seines Guts mit Recht. Verba Art. ita sese habent. Sed Actor cum licentia iudicis suas res potest vendicare. Si autem ille resistere, nec huiusmodi res sibi dare voluerit antequam ad iudicium veniat , actor petat, ut secum ad iudicium diuertatur, hoc si negauerit, clamorem violentiae desuper ~~excite~~ comprehendendo cum tanquam furem proprium. Et germanice. Mit des Richters Urlaub mag ein Mann sein Gut wohl ansprechen mit Recht. Will aber der, so das Gut hat, diesen sein Recht an dem Gut wiedern, ehe es für Gericht kommt; so bitte der, so es anspricht, daß er sich kere mit ihm für Gerichte: wiedert er des, so schreie er über ihn das Gerichte und greiffe ihn an für seinen Dieb. Contra, qui vi in iusta vel ignorantie domino, re quadam potitur, ille earum rerum se non iure intromisces, mit unrechter Gewalt unterwinden Art. XLIII. L. 3. et Art. XLVII. eiusd. libri, iniuriouse, violenter et praeter voluntatem alteri quid abstulisse dicitur, dem andern ichts das seine nehmen mit oder ohne sein Wissen. Hoc inhibetur, illud permittitur. Sed ais, dicto Art. XXXVI. requiri consensum, (licet non decretum vel sententiam iudicis,) et hoc demum accedente mit des Richters Urlaub posse aliquem, propositio iure mit Recht, res furto sibi ereptas, possessori auferre ; ergo idem in commodante requiri : regero consensum iudicis in nostro Articulo non requiri; permissionem legis, unterwinden mag sich auch wol ein Mann seines Guts, esse eius loco. Est in promptu causa differentiae et concessae Domino facultatis. Commodans rem suam ei aufert, qui illam ab eo accipit,

et

et ad reddendum ex lege Contractus obligatus est; quod secus se habet in tertio possessore a quo extra casum Articuli XXXVI. ne iudicio quidem, commodans aut ille qui pignus dedit, rem suam repetere potest: vt omittam prae sumptionem furti concurrentem, quae in vi rum illaesae famae non cadit; prae scitum iudicis necessarium reddere. Instas Art. XLVII. Lib. III. prohiberi non solum violentam ablationem, sed etiam ne quid auferatur ignoranti domino, oñ sein Wissen. At vero sententiam meam ideo non relinquo: prohibit Art. XLVII. ne domino res sua auferatur; sed commo dato aut pignori accipiens non fit rei sic datae dominus: ergo meam rem non resistenti aut parum re luctanti, cessante titulo quo apud eum fuit, pignoris vel commodati, licite aufero: in quo Art. XX. Lib. III. et Art. XXXVI. Lib. II. conueniunt. Sunt quoque mecum autor summariorum ad Artic. XXII. n. 4. So man einem sein geliehen Guth über ver schiedene Zeit vorhelt, mag er sich des mit Recht wohl selbst unterwinden. Verba mit Recht in fine d. Art. XXII. occurrentia, secundum ea quae supra addu cta sunt, iure non iudicio reddo, atque iis illa mit Urrecht, opposita credo. Ita, wo er es siehet, in textu latino prorsus omissa, non ita interpretor, vt hoc suo iure, quo cunque loco rem commodatam viderit, vta tur, sed si ea apud commodatarium se commodantis oculis offert; cuius distinctionis amplissimas rationes reddere possemus, si instituti ratio id permitteret. Patet iam quatenus cum GVNDLINGIO conueniamus: interpretatur verba quaestione de casu se res in alium non fuit translati; haec tenus bene: sed addit apud alium tam en

tamen e. g. heredem sit reposita. Intellixit nimurum cum GLOSSATORE hunc articulum de iudicali vindicatione, et quidem contra alium quam cum quo contradictum, instituenda, eumque in finem effinxit distinctionem textui ignotam inter alium in quem res translata, et inter alium apud quem ea reposita: quam exili autem fundamento haec nitatur, nemo non videt; cum et haeres non possit non pro eadem cum defuncto persona haberi; et sic verba textus **unterwinden**; nec non **wo er es siehet iam a me explicata**, nihil plane significantur. Coeterum debitori qui pignus dedit, tam contra ipsum Creditorem, quam eius haeredem, Actio ne pignoris nomine instituenda d. Art. LX. Lib. II. iam prospectum. His in tuto positis supereft, ut aequitatem cessantis in Domino vindicationis afferam. Non est animus hic repetere ea quae MEVIVS in Commentario ad ius Lub. P. III. tit. 2. art. 1. et 2. de commerciorum utilitate attulit, id tantum indicabo, multis MEVII rationem antiquo Germanorum statui non videri congruam. BEYERVS in Spec. Iur. Germ. Lib. II. cap. IX. §. 8. obseruat, eo tempore quo Speculum Saxonum concinatum est, tantum mercaturae fauorem nondum fuisse, inde que manuult id fidei Germanorum, quam ad superstitionem usque praestabant, tribuere. GVNDLING. d. Sched. §. LXXXII. BEYERVM secutus, non quidem improbat MEVII sententiam, si intelligatur de causa ac ratione, cur recentioribus temporibus fuerit retenta, et alibi etiam introducta; olim vero commerciorum famam in patria raram fuisse: vnde ille prioribus a se adlati rationibus a translato dominio petitis, potius insistendum credit. Vir Amplissimus et Consultissimus Dn. IOAN-

C

NES

NES CONRADVS FIRNHABER, I. V. L. Reip. Hamb.  
Actuaris in Criminalibus, non quidem negat in elegan-  
tissima Dissertatione, quam de Dominio a rei vindicatione  
excluso secundum Statuta Hamburgensia in Alma Salana a.o.  
1715 habuit, Th. V. rationem MEVII hodie non inepte  
adduci ad iustificandum STATVTVM HAMBVRGEN-  
SE, quia nunc quam maxime vrbis commerciis floret,  
illisque vnicae sua incrementa debet. At si de origine  
huius antiquissimi iuris quaeritur, tunc veretur, ne haec  
ratio sufficiens sit, cum illo tempore nondum adeo Ger-  
mania exportandis suis et importandis alienis mercibus  
occupabatur. Mavult igitur cum BEYERO statuere  
hanc Regulam natales debere fidei antique Germanicae,  
vt magis contra intercipientem, quam bona fide  
accipientem agatur. Mea Sententia, non multum est,  
quod de aequitate huius legis Germanicae laboremus:  
non enim eam ex iure quodam positivo propter singu-  
laria Germanorum instituta et aequitatem respectuue  
talem introducto profectam esse, sed ex Iuris vniuersali  
necessitate profluxisse, persuasum mihi habeo; adeo  
vt Iura Romana, hic iniuritatis et iniustitiae arguere  
non dubitem; cum fingi non possit, quod recta ratio  
magis abhorreat, quam quod illi qui bona fide rem  
mobilem emit ab eo, qui non poterat non pro domi-  
no haber, et cuius fidei verus dominus eam commi-  
serat, auferatur. Hic fidem publicam totius generis hu-  
mani, quod dominium rerum mobilium ex possessio-  
ne dijudicat securus est: alter, fidem priuati hominis  
fallacis, qui contra legem Contractus rem sibi com-  
missam alienauit. Imputet sibi quod cum homine fal-  
aci contraxerit; quod res suas commiserit ei, cuius fi-  
dem

dem non satis exploratam habebat ; vel si tanta fuit  
hominis astutia vt prudentissimum deceperit ; casus est,  
quem sentiat ille , qui casu deceptus . Hinc recte IVS  
LVBECENSE Art. II. T. II. L. III. monet , Ein jeglicher  
sehe wohl zu , weme er das seine ausleihe und ver-  
traue . Dan da jemand seinen Glauben gelassen ; da  
muss er ihn wiederum suchen . Itaque naturali aequi-  
tate , quae in integerrima gente clarissime elucebat , ve-  
teres Germani inducti , hac lege vixerunt ; quae se iis-  
dem sua utilitate a posteriori commendabat , adeo vt  
quaecunque etiam commerciorum ratio , antiquissimis  
temporibus , vel etiam aevo REPKOVII fuerit in Ger-  
mania , non potuit tamen non lex ista in quibuscunque  
negotiationibus der gemeinen Handthierung ; rebus ,  
imprimis vel in foro publico emendis vendendisque  
esse perutilis . Ergo nulla hic circa datae fidei prae-  
stationem occurrit supersticio , cui id BEYERVS in Spe-  
cimine Iur. Germ. Lib. II. cap. IX. §. 8. tribuit . Iustitiae  
debuerunt propriisque commodis Germani , quicquid  
hac in re ab iis actum . Licet non diffitear bonam fidem  
quam ubique spectabant Germani , in causa fuisse , quod  
principia ista a nobis exposita , secuti fuerint , spretis iis ,  
quae a dominis rerum pignori datarum , sine dubio quan-  
doque fuerunt in contrarium adlata . Sola vero illa fides ,  
quam creditor debitori , a quo pignus accipit , de resti-  
tutione eius , obstringit , rem non perficit : cum et in  
tertio possesso bona fides requiratur . vid. IVS HAM-  
BVRCENSE Lib. II. tit. II. art. VII. wofern derjenige sol-  
ches mit gutem Titul an sich gebracht , et tit. IV. art.  
II. die sie mit gutem Glauben und richtiger Unkunfft  
erlangt . HERTII Disp. de conventionibus dominii

translatiis §. 29. Opusc. Tom. III. p. 90. et 91. BEYER.  
in Spec. Iuris Germ. Lib. II. cap. IX. in bona autem fide  
esse non potest, nisi possessorem pro Domino habeat.  
Quae licet ita sint, non defunt tamen qui hanc IVRIS  
SAXONICI dispositionem iniquam putent. Ex horum  
numero, inter quos et CARPOZOVIVS P. II. cap. XXVI.  
def. 5. ZOBEL P. II. Diff. XXXII. n. 14. HAHN ad WE-  
SENBECH. tit. commod. §. 7. sibi locum vindicant, duos  
tantum attingam: ILLVSTREM LEYSERVVM et SAM.  
FRID. WILLEMBERG, Prof. Gedanensem. LEYSERVVS  
in Collat. Prisci iuris Saxonici cum Iure Romano §.  
XLVI. inter defectus et iniquiores iuris Saxonici San-  
tiones, articulum quoque sexagesimum Lib. II. nu-  
merat. At vero rationes ibidem adlatae tanti non sunt,  
quantas a tanto viro exspectassim. Regula iuris Natu-  
rae, quae nemini dominium rei suae sine voluntate  
vel culpa ipsius auferre iubet; huc applicari nequit.  
Nam res domino non auferitur simpliciter, sed actio  
reservatur contra eum cui rem suam commisit: nec  
auferetur invito cum antecedens ipsi placuerit, cum vo-  
lens eam alterius fidei commiserit, pignori dederit.  
Nominatum hoc requiritur in d. Art. LX. zu welcher  
Weis dis aus seinen Gewehren mit seinem Willen  
kommt, et in IVRE HAMBVRGENSI Lib. II. Tit. II.  
§. 7. und auf wasserley Weise er das aus seinen Ge-  
wehren lässt mit seinem Willen. Ius Romanum vero  
aequitatis normam non facit; nec vis fori Saxonici quic-  
quam nos mouet. WILLEMBERG, vel si maius G.S. a  
BOEMELN Dissertatione de Abusu Canonis iuris Lube-  
censis Hand muss Hand wahren ao. 1707 habita, ar-  
ma intulisse videtur IOANNI AMSELN, Professori Re-  
gio-

giomontano, qui Paroemiam istam peculiari dissertatione cui titulus: *Rationabilitas Canonis IURIS LVBECESSIS Hand muß Hand wahren.* Ao. 1698 prolixius explicauit: ego et si Regionmontanam dissertationem oculis non subiecerim, infeliciter Gedanensem pugnasse existimo. Laudat th. II. iudicium BESOLDI in Thesau-ro Praet. sub voce *Gewohnheit* in Additione; quod multum sane salis habet! ait: *nec ratione fundata est illa consuetudo, quae vulgo circumfertur, Hand muß Hand in acht nehmen und wahren: reclamat enim TEXTVS EXPRESSVS in l. 2. C. de Furt. et seru. corrupt.* vid. Diff. mea inauguralis Observationes Iuris Holstaci represen-tans §. 2. SCHILTERI vero opinio, STATVTA HAM-BVRGENSIA et LVBESENSIA, quae de Canone *Hand muß Hand wahren,* disponunt, ex erronea Iuris Saxonici interpretatione originem trahere; iis quae supra attulimus facile corruit, et ab Amplissimo Dn. FIRN-HABER laud. Diff. th. 2. affatim confutata est. Thesi porro III. Auctor Diff. de Abusu' huius Canonis se-quentem adfert rationem: *quod contractus et actus agentium non debeant aliquid operari ultra eorum mentem; at commodans habuit hanc intentionem, ne rei transferat do-minium, nec possessionem sed solum usum rei, ea lege, ut finito usu in specie restituatur.* Rechte quidem ista, Con-tractus et actus agentium non debere aliquid operari ultra illorum mentem et intentionem, inter contrahen-tes scilicet, tertium vero quid inter eos aetum, latet, nec tangit. Occurrit alia quaedam ratio in thesi V. *ne-minem plus iuris in aliud transferre posse, quam ipse ha-bet: creditorem cui res pignori data non habere in ea ius dominii, ergo eam alienare non posse.* Respondeo: ter-

tium itidem non morari, quid juris debitor in Creditorum transtulerit; eius non esse in titulum rei, mobilis praesertim, inquirere; sufficere hic possessionem, seu signum externum dominii adesse: utpote a quo quod ad tertium attinet ius acquirendi dependet: nam si eam possidentis non esse nouit, regulam nostram celsare, iam ante significauit. Restrictio denique Canonis nostri Th. VI. ab eo prolata, et autoritate potissimum MARQVARDI Senatoris quondam Lubecensis, in Tratatu de iure Mercatorum et Commerciorum singulari, Lib. II. cap. IIX. n. 85. roborata; obtinere cum vnicie inter mercatores, et quoad merces ad commercium spectantes, non magni est momenti. Supra iam id egi, vt demonstrarem, canonem Hand muss Hand wahren non vnicie in utilitatem commerciorum introductum, sed ex ipso rectae rationis dictamine Canonem nostrum profluxisse. Taceo, IVS SAXONICVM Art. LX. Lib. II. mentionem facere equorum, vestium aliarumque rerum mobilium, nullam mercium: cum quo consipiat IVS HAMBVRGENSE Lib. II. Tit. II. Art. VII. welcher Mann dem andern leihet sein Pferdt, Kleyd, oder was es für Gut sey, et tit. IV. §. 2. Wann ein Gläubiger in seines Schuldeners beweglichem Gut Verpfändung hat. IVS quoque LVBECENSE generanter ponit Tit. II. Lib. III. §. 1. Was ein Mann dem andern leihet, et §. 2. Ein jeglicher sehe wol zu, wenn er das seine ausleihe und vertraue, nec non Tit. IV. §. 5. versezt einer etwas von seinem beweglichen Gut. Quae circa Dissertationem de Abusu Canonis nostri dixisse sufficient: plura enim circa eam monere non iuuat.

DIF-

## DIFFERENTIA II.

**H**aecenius securitatem tertio possessori, qui rem mobilem a creditore, cui illa pignoris nomine in manus tradita fuit, von dem Pfand-Einhaber accepit, contra dominum vindicantem asseruimus, qua in re a Romano iure mores legesque Germanorum diuortium faciunt: iam eam ipsi quoque creditori, qui pignus securitatis causa accepit der ein Handhabendes Pfand hat, dabimus: et demonstrabimus, iure nostro etiam creditori contra eos, qui in eadem re ius pignoris idque antiquius, siue generale siue speciale, habent, esse consultum. Discrepantia iuris Romani et Germanici hic evidentissime elucet. Lege namque 12. ff. qui potiores in pignore, expresse sancitum, si prior conuenit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorem esse priorem. HARPPRECHT ad Inst. Tom. III. §. 4. quib. mod. re contr. obligatio. SCHWARTZENTHALER de Pign. et hyp. cap. II. n. 7. Iure vero Germanico traditio omne fert punctum. Quod et naturali iuri maxime mihi videtur congruum. Recurrit hic principium ante adductum, signum dominii, possessio, quae apud dominum remanet, quamdiu pignus creditori non est traditum. Accedit, quod ius reale quale pignoris est, nudo in idem placitum contrahentium consensu constitui posse, vix intelligi queat: ius enim reale non contrahentes solum obligat, sed rem ita afficit, ut tertium quoque excludat; tale vero pignus conventionale saluo iure tertii constituitur. Finge: Caium, Titio centum debere (abest itaque reuera ex Caii bonis tantum, quantum ad valorem centum thalerorum aequandum requi-

requiritur, et in bonis Titi est) post superuenire Me-  
ium eidemque Caio ducentos mutuo dare, adiecto  
paſto, vt omnia Caii bona ſibi pro hoc credito ſint af-  
fecta, quod paſtum hypothecam vocamus. Hocce ne  
paſto debitoris cum tertio, Creditori ius quod in bonis  
debitoris iam habebat adimi potest? non id naturali iu-  
ſitiae conuenire putem. Ais: alter ad perſonam tan-  
tum alter ad bona principaliter respexerat, ſibique pa-  
ſto ſpeciali consuluerat. Regero; omnem creditorem  
videri ad bona ſui debitoris vel praesentia vel futura  
reſpicere, neque tamen, vt de eiusmodi respectu folli-  
citi ſimus opus eſſe, cum ipſo iure debitoris tum bona  
tum perſona creditori ſint obligata; adeo vt quod po-  
ſterior paſto ſibi acquirere voluit, prior iam ex lege  
habeat. Aliud obtinet, ſi traditio accedat: haec ius  
reale creditori confert, et rem custodiae ac diſpoſitioni  
Dni (de qua infra) eximit. Sine hac traditione IVRE  
SAXONICO nullum videtur eſſe pignus: vbiq[ue] enim  
ſimul pignoris et traditionis mentio fit. Exempli loco  
ſit Art. XV. Lib. I. Wer dem andern ſein fahrend Gut  
leihet, verſetzet oder zu behalten thut, mit gewiſſem  
Beſcheid, oder ohne einigen Beſcheid, will es jener  
darnach verleugnen, oder ſeine Erben nach ſeinem  
Tode, dieser iſt es näher zu behalten ſelb dritt, dan  
daß jener allein dafür ſchweren mög: mag aber je-  
ner der es in Gevehren hat, ſein ſelbst fahrend Gut  
daran gezeugen, oder ſein Erbgut, oder hat er es zu  
gevehren zu Recht, er bricht dem ſein Gezeugniß/  
ihm werde dan Gebruch an ſeinen ſelbst Gevehren.  
Ex quo textu colligi potest, non minus in pignore,  
quam commodato et mutuo rem fuſſe traditam, quo  
ct

et ex supra adducto Art. LX. Lib. II. probatum datur, verbis in primis initialibus. Welcher Mann einem andern leihet sein Pferdt, Kleider, oder ander sein fahrend Hab, oder daß er es versetzt, oder zu welcher Weiß dis aus seinen Gewehren mit seinem Willen kommt; vbi rem pignoratam possessione debitoris exire traditur. conf. Art. V. Lib. III. Stirbt aber ein Pferd oder ein Vieh in der Versakunge, ohn jenes Schuld, der es unter ihm hatte. Alio de genere pignoris, quam quod creditor traditur, nulla quantum ego quidem memini in SPECVLO SAXONICO mentio occurrit; consensu nudo constitutum plane ignoratur: potius ad pignus promissum tradendum creditori dari actionem, et natura negotii suadet, et ex Art. XXIV. L. II. colligo. Quod ad consensuales seu ideales hypothecas attinet, eadem quae pignoris consensualis ratio esse videtur: at vero quod in mobilibus facit traditio, id in immobilibus iudicis operatur auctoritas: Sic enim Art. LII. lib. I. sancitum. Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut, noch seine Leut vergeben. Conf. Art. IIX. ei. Libri. Quod de Saxonibus modo obseruauit, de vniuersis Germanis tradit illustris LEYSERVS Spec. ad ff. CCXXIII. Med. I. et II. Conuenit cum Saxonico LVBESENSE Ius, nullam tit. IV. Lib. III. hypothecae consensualis mentionem iniiciens; sed in mobilibus traditionem, in immobilibus iudicialem solennitatem desiderans, ipsumque pignoris nexum retraditione resoluens: lib. II. tit. IV. art. V. Wiederum versetzt einer etwas von seinem beweglichen Gut, und übergiebet es als ein Handhabend Pfand; verstat tet dann derjenige, dem das Gut verpfändet war,

D

das

daß dasselbe Gut an andere Orter gebracht oder son-  
sten verwandelt, oder verändert, und also aus seiner  
Gewehr kommt, so ist es nicht sein Pfand. HAM-  
BURGENSE quidem hypothecae consensualis expresse  
meminit art. II. tit. IV. lib. II. Wann ein Gläubiger in  
seines Schuldener's beweglichem Gut Verpfändung  
hat, und ihm dasselbe in seinen Gewehren gelassen:  
sed ei tamen qui pignus suum manu tenet, licet tempo-  
re posteriori, praefereniam tribuit: verbis der Schul-  
dener aber immittelst, ehe dann der Zahlungs-Ter-  
min kommen, solche verpfändete fahrende Haab ver-  
handelt oder in andere Hände gebracht: So wollen  
wir daß auf dem Fall der Gläubiger die verpfändete  
bewegliche Güter wiederum abzufordern nicht be-  
fugt sein soll. Quod eo usque se extendit, vt IVRE  
HAMBVRGENSI, qui pignus speciale habet, vel in  
libro Ciuitatis assignatum vel manu traditum: concur-  
sui creditorum se immiscere non teneatur. vid. Consul-  
tiss. Dn. OTTE all. Diff. §. VII. Inuectis scilicet cum iur-  
re Romano hypothecis consensualibus, nihil aequius  
est, quam, quod vero pignori ex ipso naturali iure de-  
scendentि et patriis moribus multis ab annis probato,  
prae consensuali hypotheca, quae iuri extero et pote-  
stati civili originem debebat, locus relictus fuerit. Opti-  
me aduertente LEYSERO d. Medit. turbat aliquantulum  
dispositio l. 12. ff. qui potiores in pignore securitatem  
fidemque publicam, et efficit, vt in angustiis rei fami-  
iliaris constituti oblatis licet pignori rebus pretiosissimis;  
tamen difficilius creditorem, qui ipsis subueniat, re-  
periant; metuente vnoquoque, ne res, quae offerun-  
tur, ante iam hypothecae vinculo innexae, aliquando  
ab

ab antiquiore Creditore vindicentur. Quae expressis verbis in iure HAMBVRGENSI de praelatione sancta legimus illa ex art. V. tit. IV. lib. III. iuris LVBECCENSIS iusta sequela deducuntur: ist also derjenige welcher ein Handhabend Pfand näher daben zu bleiben, dan von andern davon zu treiben. conf. B. KOLTMANNI, Syndici quondam Prouincialis et Causarum Oratoris celeberrimi Disl. inaug. de Iure Prioritatis. Kiliae 1691 habita. Quod ad ciuitates regias, extant hanc in rem CONSTITUTIONES supra a nobis laudatae von Schuld- und Pfand-Protocollen; tum Slesuicensis cum Holsatica et Pinnenbergensis, quae pignus in manus traditum etiam hypothecae publicae et iure quidem praeferunt. Totam spum quartam hoc apponere non abs re erit. Wiewohl ein solches Pfand-Protocollum eigentlich auf die unbewegliche Güther und Gründe gerichtet, und ordinaire sonst darinnen keine andre Verpfändung statt hat, so soll jedoch vergönnet seyn, daß auf des Creditoris und Debitoris Begehren die Mobilia und Mouentia wie auch andere Nomina und Actiones specialiter mit benannt und exprimit werden, und deme zufolge in selbigen der Creditor das Privilegium publicae hypothecae mit geniesse, nur solches alles dergestalt, daß weilen vorbenannte bewegliche Güter dem Debitori zu seiner Disposition im Handel und Wandel gelassen werden, bey eräugenden Concurs diejenige, welche davon beweislich einige Stücke zum Handhabenden Pfande versetzen, daben zu schützen, und der Creditor deme dergleichen Mobilia im Schuld- und Pfand-Protocollo verhypotheciret, an selbige keinen weiteren Anspruch, als so ferne darinnen et-

was überschiesst, wenn derjenige so darauf geliehen und geborget, an Capital, Zinsen und Kosten zuförderst befriediget, zu machen solle besugt seyn. Magnopere probanda adducta hic ratio, mobilia, mouentia, nomina et actiones debitori ad suam dispositionem in communi vita, videri relicta. Accedit haec in debitore pignus dante vtpote qui eius dominus est, praeter externum illud dominii signum, possessionem; quod etiam in Creditore pignus sibi datum alienante reperitur licet dominus non sit. Haec autem ratio vero domino propria ad creditorem applicari nequit vt pote pro quo non militat prae sumptio, rem pignori datam voluisse debitorem eius dispositioni relinquere, cum ipsa natura Contractus pignorati indicet, in securitatem tantum rem Creditori tradi. Aliud in debitore tanquam vero domino obtinet; huic quidem cum pecuniam credidi, tantum ex bonis suis exiit, quantum mihi debet, proque ea quantitate bona eius mihi obligata sunt; sed ea propter tamen licet consensuali mihi hypotheca prospexerim, rerum suarum administratio, et quae cum eo coniuncta est alienandi potestas ademta non censetur; prohibet id, CONSTITUTIONE nostra animaduertente, vitae communis ratio der Handel und Wandel, vel vt IVRIS HAMBVRGENSIS verbis vtar die gemeine Handthierung, quibus non mercatura solum sed etiam eae negotiations, quae inter omnes homines vitae necessitate exigente intercedunt indicantur. Ista autem quae inter debitorem tanquam dominum et Creditorem haec tenus explicata intercedit differentia, in eo diuersum quoque effectum producit, vt ille qui a domino pignus sibi tradi facit, in bona fide sit, licet non

non ignorauerit rem istam aliis iam generali nexu esse  
affectam modo fraude negotium careat, nexus enim  
iste domino rerum fuarum administrationem non im-  
pedit quamdui haec ei a iudice interdicta non est: econ-  
tra creditor pignus alienans fidem Contractus frangit,  
vt qui sciens ab eo emit, in bona fide esse non possit.  
In reliqua HOLSATIA vbi supra allegatae CONSTI-  
TUTIONES IVRAQUE LVBECCENSIA legum vim non  
habent idem obtinet. Nolo hic praetendere ius anti-  
quum Holsaticum, das Holsten-Recht, quo solo ante  
TRANSACTIONEM BORDESHOLMENSEM ao. 1522  
inter CHRISTIANVM II. Regem et FRIDERICVM Du-  
cem initam, coque non scripto sed ipsis incolarum mo-  
ribus expresso, et memoriae hominum impresio ma-  
iores vixerunt: sed animum tantum adiicio ad IVS  
SAXONICVM scriptum Speculo Saxonico contentum,  
quod moribus Holsaticis longe proprius, quam Roma-  
num accedens, imminenti eius auctoritati opposue-  
runt, cum temporis ratio vt ipsum IVS HOLSATICVM  
consuetudinarium litteris consigneretur, non patieba-  
tur. Hoc iure Saxonico hypothecas consensuales fu-  
se ignotas iam supra demonstrauit: consequens est, vt  
cum usus hypothecas etiam consensuales ex iure Ro-  
mano receperit, ius vero Romanum Saxonico cedat,  
pignus quoque Romanum seu consensuale cedat Saxon-  
ico seu in manus tradito: cum et rationi juris Saxon-  
ici conueniat, vt ille qui rem mobilem, ab eo qui  
eam possidet, in seine Gewehr hat accepit, ad illam  
rem quoquis alio potior sit. Vndique ita conquaesitis  
non opus fuisset rationibus, cum de iure pignoris in ma-  
nus traditi disceptabatur in IUDICIO PROVINCIALI

D 3

pro-

proxime Rendesburgi habito, a quo optime pronunciatum in Sententia Haselauensi d. 8. August. 1731 publicata his verbis: S. B. S. aus des Debitoris Pfand- und Einlagers-Beschreibung vom 2. Maii 1726 mit 447 Rthlr. 32 fl. Banco sammt nachstehenden Zinsen zu 6 pro Cento, als welche Summe Debitor auf einen Diamanten Ring schuldig geblieben: Und ist Justificant bey seinem Handhabenden Pfande zu schützen; hat auch daraus so weit es zulänglich seine Forderung zu erheben; wegen des Restes aber hieselfbst inter hypothecarios seine Befriedigung zu suchen. Neque etiam dubitavi in Dissert. quam a. 1729 de Proclamate secundum Iura Slesu. Holsat. habui §. XXXI. affirmare, creditorem qui pignore gaudet der ein Handhabend Pfand hat, indeque ab antiquioribus etiam hypothecariis tutus est, vt se concursui immiscat cogi non posse. Eodem hoc PROVINCIALI IV-DICIO diuersis vicibus illi, qui actiones et nomina a debitore libera adhuc rerum suarum administratione gaudente, cessa habebant, ab antiquiorum hypothecariorum impetitione liberati fuerunt. conf. d. Diss. de Proclamate §. XV. Omittendum hic non est, creditor iure pignoris in manus tradito vt gaudeat, praecise requiri, rem ex custodia et possessione debitoris transire in custodiam et possessionem creditoris: re vero pignori data in aedibus debitoris remanente, pignus reale ein Handhabend Pfand non videri contractum: Refert eiusmodi casum LEYSERVS Spec. cxxix. Med. II. Quae situm vero aliquando HAMBVRGI fuit, an res quam debitor creditori tradiderat, creditor autem in aedibus debitoris reliquerat, sed tamen et ibidem actus possessionis in illa

illa exercuerat, pignus ein Handhabend Pfand dici posset. LEYSERVVS solum locum in quo res adseruatur possessionem non mutare, ait; sufficere, creditorem haec legitime adeptum esse. Retinere igitur eandem etiam in alienis aedibus. Repte PAPINIANVM in l. 44. pr. de acquir. vel amitt. possessi alienus locus meam propriam non auferit possessionem. Itaque ICtos Helmstadienses respondidisse, pignus hic reale adesse. Verum, ab iis dissentio. IVS enim HAMBVRGENSE ei, qui debitori pignus reliquit, und ihm dasselbe in seinen Gewehren gelassen, ius pignoris realis Art. II. Tit. IV. Lib. III. dissertis verbis denegat. Possessionem vero germanicam die Gewehr, iuris Romani non metimur modulo; Vox Gewehr originem habet a wehren defendere, tueri: wehr defensio, tutela, effectus possessionis SCHILTER Exercit. ad ff. cap. in Not. Nihilque magis naturale est, quam quo res dici queat sie sey in meinem Gewehr, daß der andere sie aus seinem Gewehr gelassen, GVNDLING. de oppign. Territ. §. LXXX. in Casu vero proposito debitor possidet ergo in illius bonis esse creditur. Legem autem allegatam non obstatre existimo, quoniam de auferenda possessione loquitur, quam iuxta praescriptam Statuti Regulam, Creditor hoc Casu nondum habuit: sed hic de acquirenda possessione agitur, an vnquam illud in Creditoris custodiad in die Gewehr peruererit? nunquam locus tertius possessionem mihi rem non possidenti dat, quando expressè exigitur daß sie in meinem Gewehrsam; ergo nec conseruat ipsa vocis significatio legum mens et ratio id prohibent.

DIF-

## DIFFERENTIA III.

Iure Romano creditor non tenetur de periculo vel fortuito Casu rei pignori datae apud eum existentis l. 9. C. de pignoratitia actione; sed res perit debitori tanquam domino. Iure vero Saxonico, creditor simpliciter tenetur rem pignori datam eamque incorruptam debitori restituere, aut eius pretium refundere: adeoque periculum vel casus fortuitus ad Creditorem pertinet non ad debitorem licet dominus sit. Exstat haec iuri Saxonici dispositio in Art. V. Lib. III. des Land-Rechts: verbis Was man aber dem Mann zu gebrauchen leihet oder zu Pfandt versetzt, daß soll er unverderbt wiederbringen dem ders ihm liehe oder versetzte, oder soll es ihm gelten nach seinen Würden. Atque ita etiam referente COLERO Dec. VII. n. 15. quidam Practici hunc textum intellexerunt, ut teneatur creditor de periculo rei pignori datae: Eandemque Sententiam Glossam finalem Art. X. Lib. III. n. 5. videri innuere d. l. non diffitetur COLERVS. Licet ipse textum nostrum, recte ponderatum aut excussum, a Iure Romano nihil deuiare autem: mihi autem istorum practicorum opinio textui magis videtur congrua. Nam in tota ista periodo ex cuius medio textus noster desumptus est, de totali rei interitu agitur. Initio casus depositi proponitur. Welcher Mann dem andern sein Gut thut zu behalten, wird es ihm gestohlen, oder geraubet, oder verbrennt es ihm, oder stirbt es, ob es Viehe ist, er darf da keine Noth umb leiden, thar er sein Recht darzuthun, daß der Schade ohne seine Schuld sey geschehen. Depositarius,

rius, hic, a praestatione casus, periculi, aut interitus rei depositae liberatur, modo probare possit damnum absque sua culpa contigisse, siue res deposita furto ablata, siue vi erepta, siue concremata, vel pecus custodiae tradita mortua fuerit: haec omnia de totali rei depositae interitu sancita sunt. Iis vero contra distinguit textus noster casum pignoris atque commodati was man aber dem Mann zu gebrauchen leihet oder zu Pfand versetzt. Ut vi contradistinctionis et vocis aber, omnes isti casus furti, vis, combustionis, mortis; hic repetiti censeantur, atque verbis dictis non possit non is sensus esse, debere creditorem debitori suo, rem pignori datam incorruptam restituere, aut si ipsis casibus perierit, rei pretium refundere, es gelten nach seinen Würden: idque simpliciter, nullo habito respectu an culpa creditoris id factum fuerit nec ne? in eo enim tota differentia, quam SAXO inter depositum et pignus indicare voluit, consistit. Alias enim, si tunc tantum creditor ad pretium refundendum esset obligatus, quando eius culpa pignus periit, ad nihil aliud adstringeretur, quam ad quod depositarius tenetur: adeo ut non solum casus istos contradistinguere, sed etiam separatim decidere inutile fuisset, nisi Speculator in casu culpac tantum depositarium; simpliciter autem Creditorem, ad restitutionem pretii rei depositae vel pignori datae, quae periit, obligare voluisset. Quod ita ex nexu textus nostri cum verbis antecedentibus, clarissime demonstratum, ex subsequentibus verbis magis adhuc firmatur. Postquam enim Speculator, in materia depositi casum furti, vis, combustionis, mortis; ob es Viehe ist enumeraverat et depositarum a praestatione periculi, nisi

E

culpa

culpa accesserit, liberauerat, Creditorem vero simpli-  
citer nulla culpae distinctione adhibita, ad restituendum  
aut refundendum in genere condemnauerat; nunc  
subiicit, culpae quoque rationem in creditore quod  
ad interitum pignoris esse habendam, si pecus periret.  
Stirbt aber ein Pferdt oder ein Vieh in der Verse-  
hung ohne jenes Schuld der es unter ihm hatte, be-  
weiset er das und thar auch sein Recht darzu thun,  
das es ohne seine Verwahrlosung gestorben sey, er  
gilt es ihm nicht, scilicet, si pecus pignori datum mo-  
ritur, idem quod de pecude ad custodiā tradita defi-  
nitum est, obtinet; vt, Creditore probante, pecudem  
nulla sua admissa culpa, mortuam esse, a refusione pretii  
liberetur. Firmat haec exceptio regulam, cum enim  
vnice in pecude mortua creditori prospicit, culpa caruisse;  
consequitur in omnibus reliquis rebus pignori da-  
tis, ipso non prodesse, periisse eas, mero casu fortuito,  
absque sua culpa. Causae differentiae, quare in gene-  
re casus fortuitus ad creditorem pertineat; in pecude  
mortua autem exceptio admissa, haec mihi subesse vi-  
detur, quod mors in pecude sit casus necessarius, qui  
citius aut tardius euenire debet; indeque non tam pro  
casu fortuito, quam necessario euentu habenda; casus  
vero furti, vis, combustionis, sint de contingentī tan-  
tum. COLERVUS et qui eum sequuntur, sibi persua-  
dēt, decidi hic casum pignoris in aliis terminis, quam  
totalis rei interitus aut extinctionis, puta quando Cre-  
ditor rem pignoratam dederit redditum, interue-  
niente culpa eius. Quod autem legislator hic intende-  
rit, tantum decidere Casum deteriorationis rei alienae  
penes creditorem existentis, non autem totalem con-  
sum-

sumptionem vel interitum rei; istud manifeste patere ex verbis unverderbt wieder bringen, cum equus aut aliae res mortuae in ea conditione sit, vt per rerum naturam impossibilis sit earum restitutio, cum non entis nullae sint qualitates. Largior id quidem facile rem furto' ablatam, vi ereptam, pecudemque mortuam non posse incorruptam restituiri, unverderbt wieder gebracht werden, sed id nego iniungi tantum Creditori in textu nostro rem quae tali modo periiit incorruptam restituere; alternatiue in textu nostro disponitur; oder soll es ihm gelten nach seinen Würden. Ergo, si res periiit, pretium eius refundendum est. Verba was man dem Manne zu Pfande versezt, das soll er unverderbt wiederbringen dem ders ihm versezte; regulam generalem continent: de speciali casu deteriorationis nec vola nec vestigium in textu nostro extat, verba autem oder soll es ihm gelten nach seinen Würden ad eum nullo modo quadrant. Patet id ex collatione Art. XXII. Lib. III. qui de deterioratione disponit wer einem andern leihet (pignus et commodata in nostro quoque articulo aequiparantur) sein Pferdt oder Kleyder zu beschiedenen Tagen, hält er sie darüber, und wird darum beflaget, er muss es zu Handt wiedergeben, undi bessern ob er es geerget hat. Non ergo in casu deteriorationis, vti in casu totalis interitus pretium pignoris aut rei commodatae refundendum sed damnum tantum in pignore aut re commodata datum est resarcendum. At vero vltierius instat COLERVS d. Decis. n. 20. istum intellegum esse proprium genuinum et verissimum, quod in nostro textu determinetur casus deteriorationis, non autem totalis rei interitus, istud suadere manifeste,

E 2

verba

verba Stirbt aber ein Pferd oder Viehe in der Ver-  
sezung, ibi enim haberi, quod Creditor non teneatur  
de morte naturali vel alio Casu fortuito equi vel alte-  
rius animalis, si absque sua culpa interierit; vnde si  
dicatur verbis **was man aber**, determinari casum non  
tantum deteriorationis, sed etiam totalis rei interitus;  
tunc fore, vt verba **stirbt aber**, loquentia in terminis  
pignoris, pugnent e diametro, cum verbis **was man**  
**aber**; quorum in hoc indistincte dicatur periculum rei  
pertinere ad creditorem, et compelli eum ad praestan-  
dum pretium: in illo autem plane contrarium deter-  
minetur, puta si res pignorata totaliter intereat absque  
culpa creditoris, non teneri ad refundendam rei aesti-  
mationem. Sed falli iterum COLERV M, de Iure Sa-  
xonico cum Romano conciliando nimium laborantem,  
puto. Verbis **was man aber**, de casu deteriorationis  
non agi, modo a nobis demonstratum est; de culpa  
autem ne mentionem quidem fieri ex ipsa eorum in-  
spectione patescit. Verbis, **Stirbt aber ein Pferd**  
**oder Vieh**, Creditorem a praestatione Casus fortuiti  
liberari, si culpa careat, ipse sentio; at inde contradic-  
tionem aliquam induci non video: Paragrapho enim  
**was man aber**, generaliter de re pignori data dispo-  
nitur; in sequenti **Stirbt aber ein Pferd**, in specie  
de pecude: nulla vero Contradiccio adest, quando re-  
gula generalis exceptione aliqua limitatur. Potius effi-  
cta huius contradictionis causa in eo residet quod CO-  
LERVS verba **Stirbt aber ein Pferd oder Vieh**, ge-  
neraliter de omni pignore acceperit, cum tamen vnic  
de pecude pignori data disponant; in antecedentibus  
autem generaliter sancitum sit, quicquid creditori pi-  
gnori

gnori datum, id debitori incorruptum esse restituentium, aut pretium eius refundendum; neque etiam dici potest exempli tantum gratia equum aut pecus hic commemorari; nam vt omittam', repugnare verba generalia, quae in antecedentibus occurunt: Was man aber dem Mann zu Pfandt versetzt, das soll er - obstante etiam verba de deposito disponentia; welcher Mann dem andern sein Gut thut zu behalten, wird es ihm gestohlen oder geraubet, oder verbrendt es ihm, oder stirbt es, ob es ein Viehe ist, vbi pecus non exempli causa, sed vt certa species recensetur; non consuevit speculator, vnicce equum aut pecus exempli gratia nominare, quando in genere de rebus pignori aut commodato datis loqui ipsi animus est. Sic enim Art. LX. Lib. II. Welcher Maen einem andern leihet sein Pferdt, Kleyder oder andere fahrende Haab, oder das er es versetzt. et Art. XXII. Lib. III. Wer einem andern leihet sein Pferdt oder Kleyder zu beschiedenen Tagen praeter equum aut pecus, recensentur vestimenta aliaque mobilia. Stat hic a nostris partibus illustris LEYSERVS in Medit. ad ff. Spec. CLIII. n. 4. sed idem ille d. l. disquirit, utrum aequius sit Ius Romanum, quod commodatarium et creditorem ab omni, Casus fortuiti praeestatione liberat, an vero Germanicum, quod commodatorio et Creditori eandem iniungit. LEYSERO ius Romanum magis arridet. Ego si cum GVNDLINGIO, qui pignore transferri dominium credit, sentirem ex ipsa l. 9. C. de pign. Act. rationem, quare Saxones statuerint ad Creditorem periculum pertinere, petere possem; *pignus in bonis Creditoris esse, ideoque ipsi perire in dubium non venire,*

nire. Sed cum pignoris nullum alium quam debitorem dominum agnoscam: de alio mihi principio etiam hic circumspiciendum est: Scilicet ad ipsum negotium quod inter Creditorem et debitorem agitur respicio et nascentes exinde obligationes. Creditor debitori pecuniam tradit, debitor eam recipit, eoque suo facto ad eius restitutionem obligatur. Omnia hic aequalia sunt, idem factum, eadem obligatio, ergo idem ius idem effectus. Pecunia antequam debitor ea vsus fuit perit, furto aufertur, vi eripitur, nulla eius culpa nulla negligentia concurrente; non haesitas eum nihilosecius teneri Creditori pecuniam reddere. Pone idem quod ad pignus Creditori accidere, et idem quoque ius obtinebit. Ais, diversa subest ratio: in debitorem transfertur pecuniae dominium, non itidem in Creditorem pignoris. Regero: illud vero nihil ad rem: pecunia enim ad usum debitori datur, ut vero ea non potest debitor, nisi eam expendat: contra Creditori pignus datur in securitatem crediti, indeque translatione dominii opus non est. Neque etiam ego ex capite domini debitorem ad pecuniae, quae periit, restitutionem obligatum puto, sed ex natura Contractus, ut quisque quod accepit restituat. Tu regulae inniteris: res perit suo Domino ego legem Contractus respicio, qua quisque ad rei quam accepit, restitutionem obligatur: et in locum istius regulae aliam longe aequiorem substituo. Casus pertinet ad eum penes quem res quae periit sui causa fuit. Pecunia perit apud debitorem, ergo praestet casum; eamque Creditori soluat. Pignus perit apud Creditorem, ergo praestet casum; eiusque pretium debitori refundat. Aequa haec omnino videntur. Ipso fato

fato damna moderante. Pignus si apud debitorem fuisset, forte non periisset, Imo probabiliter non periisset, cum casus praesumi non possit. Respxit ad hanc quoque rationem PVFENDORFFIVS de Iure Naturae et Gentium Lib. V. cap. III. §. 6. Sed ea non placet LEYSERO plus nimium Brocardico res perit suo domino, tribuenti. Rectius Vir Amplissimus et Consultissimus IACOBVS LANGERMANN Reip. Hamb. Senator grauiss. in Periculo Acad. sistente differentias Jur. Nat. Rom. German. et spec. Patrii, circa periculi seu casus fortuiti naturam praestationemque Sect. I. §. X. Totam hanc doctrinam ex aequitatis fontibus emanare. Pignus autem in primis in gratiam Creditoris datur, qui eo securus esse vult, indeque casum, qui dum res in eius custodia est, euenit, non immerito praestat. Nec est quod dicas, mutuum principaliter in gratiam debitoris contrahi; in promptu enim est responsio: ut plurimum non minus creditores sollicitos esse, vbi tuto pecuniam suam elocent, quam debitores vnde pecuniam accipient: cum et Creditores quantas possunt, solcant usuras exigere. Videtur quoque SAXO in hoc Articulo V. in primis ad finem contractuum, in cuius gratiam interueniunt, mentem adieciisse; dum depositarium a praestatione casus liberavit, creditorem pignus tenentem et commodantem ad eam obligauit: depositum enim in gratiam deponentis recipitur, pignus autem et commodatum in gratiam creditoris et commodatarii datur. Accedit, cessare sic lites atque controversias, quae de interitu pignoris in custodia creditoris constituti, an culpa perierit an casu non possent non oriri. Creditores deterreri, ne in exigendis pignoribus nimis

nimis rigidi sint; accepta autem pignora diligentius custodian, cum in casibus furti, vis, combustionis non raro aliquid culpae interuenire soleat.

#### DIFFERENTIA IV.

**M**odo quidem explicato ego Articulum V. Lib. III. intelligo, sed communiter cum aliter interpretantur, volunt creditorem, pignore casu permanent, pecuniam creditam amittere, sed ad pretium pignoris refundendum non teneri. Haco COLERO P. L. Dec. VII. n. 29. WESENBECIO in Parat. ff. de Pign. A&T. n. 7. MOLLERO ad Const. Ele& XXVI. n. 2. SCHNEIDERWINO§. vlt. n. 20. Inst. quibus mod. recontr. obl. aliiisque opinio haeret: quae si tibi magis placet, Ius Romanum a Saxonico in eo differre dicendum foret quod iure Romano si Creditor ad rem pignori datam custodiendam, exactam diligentiam exhibuit, et aliquo fortuito casu rem amisit, securus sit, nec impediatur creditum repetere §. fin. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 5. et 6. C. de pign. A&T. nisi inter contrahentes placuerit, ut amissio pignorum liberet debitorem d. l. 6. Iure Saxonico autem Creditor licet nullius culpae reus sit, indeque pretium rei pignori datae refundere non teneatur; creditum tamen petere impediatur, nisi aliud contrahentibus placuerit. Mea Sententia, huic differentiae vnicice in pecude pignori data, locus est; de hoc speciali casu verba finalia Art. nostri solum accipienda credo. Stirbt aber ein Pferd oder ein Vieh in der Versazunge, ohne jenes Schuld, der es unter ihm hatte; beweiset er das und thar auch sein Recht darzuthun, daß es ohne seine Verwirlosung gestorben sey;

sey, er gilt es ihm nicht, er hat aber sein Geld verloren, da es ihm vor versezt stunde, ihr Gelübde stunde den anders. Amissio pecuniae, pecude mortua, ex hisce verbis satis perspicue apparet; vt iis, quae in superiori differentia adducta sunt, quicquam addere, superuacuum mihi videatur. At vero haec pecuniae amissio, quam ego in pecude tantum; alii in omni ignore statuunt tam iniqua visa fuit Iure Consultis, vt COLERVS Dec. III. n. 29. eam contra omnia iura mundi esse, affirmare non dubitauerit. Quem fecuti HAH-NIVS et CARPZOVIVS, quorum ille in Observatis Theoretico practicis ad WESENBEC. Lib. XIII. tit. VII. n. 7. p. m. 544. ius Saxonicum summam hic iniquitatem continere dicit, dum ista Creditori ius suum contra legem naturae aufert; hic in Iurispr. Rom. Saxon. P. II. Const. XXVI. Def. I. tradit, haud parum sapere iniquitatis Ius Saxonicum, hoc in Casu a iure ciuili diuortium faciens, eamque ob causam, Electorem hanc iuris Saxonici dispositionem, non modo iuri communi sed et naturali quodammodo repugnantem, prorsus abrogasse. Traxerunt hi multos alias in suas partes, in quibus etiam est illustris STRYCKIVS qui in V. M. ff. lib. XII. Tit. VII. §. 10. quomodo cunque Iuris Saxonici dispositio restringatur, eam a summa iniquitate excusari non posse existimat. Qualiscunque autem tot clarissimis ICtis sedeat opinio, ego hic iterum optimis maioribus bellicolis et seueris, qui non armis tantum dominationem, auxerunt, sed et iudicia iuste exacteque exercuerunt, A. DVCK de Auth. Iur. Civil. Roman. Lib. II. cap. II. §. 12. assentior, atque id in eos pietati me etiam debere videor, vt quae cordatissimis mortalium hac in

F

Contra,

Controversia placuerunt ab iniquitate vindicem quam  
hic subesse non puto. Licet enim amissionem pecuniae  
ynice in pecude obtinere iudicem, in reliquo pignore  
tamen refusionem pretii obtinere affirmauerim et ae-  
quitatem huius thesis defenderim; longe tamen aequio-  
rem illam opinionem ICtorum existimo, quae amis-  
sioni pecuniae in genere locum facit; regula ista, quae  
rem suo domino perire iubet. Naturam enim indolem  
que pignoris in manus traditi si perspicimus, patet, Cred-  
itorum pignus intueri, non personae aut coeteris debi-  
toris bonis credere. Et sane non vult talis Creditor fide-  
re debitori, aut eius facultatibus, sed praecise ad rem  
pignori sibi datam respexit, omnemque vsque adeo fidem  
debitori denegavit, vt ne quidem rem istam in eius  
custodia manere passus sit, sed in suam transferre vol-  
uerit. Manus esse oculatas, credere quod vident, hic  
iuste dixeris. Cum itaque non debitori sed rei sibi in  
manus traditae crediderit, eiusque fidem in credendo  
secutus fuerit **da er nur auf das Pfand gesehen** quid  
quaeso aequius, quam vt eandem fidem etiam in repe-  
tendo sequatur, pignoreque amissio, nullam contra pi-  
gnoris dominum actionem habeat. Locum hic inuenit  
Regula IVRIS LVBECKENSIS: **Wo jemand seinen Glau-  
hen gelassen da muß er ihn wiederum suchen.** Nec  
obstat, pecuniam ad dominum pignoris peruenisse:  
nam rem pignori datam in eius locum tradidit credito-  
ri; estque illa lex contractus reciproca, vt domino res  
sua; creditori pecunia reddatur; vnum sine altero in-  
iuste exigitur, repellitque semper Creditorem exceptio  
quod ex sua parte non fecerit, quod ex natura Contra-  
ctus facere debuisset; quod pignus non reddiderit. Eua-  
nescunt

scunt sic quoque ea quae HAHNIVS allegato loco in contrarium adfert, creditori ius suum contra legem Naturae auferri, quae vult ne quis cum alterius damno fiat locupletior, et ne quis sine culpa rei suae dominio priuetur. Dominus enim pignoris, qui pignus suum amittit, ex alterius pecunia non fit locupletior, cum ei, ex suo patrimonio, res in locum pecuniae data, absit. Potius ipse dominus haud raro damnum exinde patitur, quia plerumque debitores res suas pretiosissimas, pro modica pecuniae summa obligant, et in angustiis constituti necessum habent omnia quae exiguntur inire LEYSER alleg. spec. CLIIX. Med. III. vt proinde aequius sit, succurrere ei, qui maius damnum sentit, quam qui minus; praesertim cum culpa cuius HAHNIVS meminit, in debito, re esse possit nulla. Si hic casum ad dominum pertinere obiicis, id quod GVNDLINGIO visum videtur: cum eodem GVNDLINGIO quaero; quare pignus sibi tradi exegerit Creditor: respondes, vt securus sit, atque ego iterum eum eo respondeo; ergo etiam periculum serat rei, quam in suam securitatem sibi tradi voluit. Accedit, quod supra de fide rei in pignus traditae secuta, monui: qui vero alicui pecuniam suam credit, ille debitore mortuo, sine dubio casum pecuniae amissae sentit; paritateque ratione, qui rei in pignus traditae credidit, hac intereunte, casum istum sentit, vt pote penes quem casus iste contigit. Venit hic in mentem CARPZOVIVM d. Constat. XXVI. Def. III. n. 5. et ex eo STRYCKIVM in U. M. ff. Lib. XX. tit. I. §. 5. obiicere, Creditorem, ad personam debitoris semper respectum habuisse, inque eius obligatione simul fidem aliquam posuisse, praesumti. Ipse ideales hypothecas impugnans, supra posui, omnem.

creditorem videri ad bona sui debitoris vel praesentia vel futura respicere : sed salua res est. Non ibi mihi sermo erat de creditore qui pignus acceperat, sed qui sine villa alia securitate vnicē fidem sui debitoris secutus fuerat. Hic plane diuersus Casus adest, supra a me clare expositus. Quod vero illi de fide aliqua simul habita conjiciunt, id petitionem principii sapit ex jure Romano profluentis ; Experiencia, ipsoque rerum usu contrarium probante. Utuntur qui pecunia indigent, industria der Mäckler, judæorum aliorumque hominum, etiam quo facilius ipsi lateant. Sæpe ne hominem quidem novit qui pecuniam credit, a quo pignus offertur ; neque de eo ut sollicitus sit, Contractus natura exigit. Conf. Viri Praenobil. & Claris. IOH. HELWIG. DE-ZIELYNSKY I. V. D. & Advoc. celeb. de Cautela bey Verpfändung aller meiner Haab und Gütter, Region. 1725 habita. Creditor rem intuetur, an ea sibi satis consultum : si quandoque pignus accipit minoris pretii, et aliquam simul debitori fidem habet, id, inter casus ratiiores est referendum, quibus lex etiam prouidit patisque locum fecit. Ihr Gelübde stünde denn anders. Lex vero ad communem Contractuum naturam atque ad id quod plerumque fit, respicit, raro perquam contingentia pactis relinquit : vt hic quoque prudentia Saxonum in legibus consuetudinibusque ferendis atque seruandis, eluceat.

### DIFFERENTIA V.

Jure Romano furtum fit non solum cum quis intercipiendo causa rem alienam amouet ; sed generaliter, cum quis alienam rem in iusto domino contrectat, ita ut si creditor pignore vtatur, furtum committat §. 6. Inst.

Inst. de Oblig. quae ex delicto nasc. Iure Saxonico furti non tenetur. Wer einem andern leihet sein Pferd oder Kleyder zu beschiedenen Tagen, hält er sie darüber und wird darum belagert, er muß es zu Handt wiedergegeben und bessern ob er es geergert hat. Dieberey uoch Raubes mag er ihn aber daran nicht gezichen, sintemahl das ers ihm selber geliehen hat. Haec sancta extant in Art. XXII. Lib. III. Spec. Saxon. Maiores nostri hic iterum ductum naturalis rationis secuti, fidam istam Contrestatationem Romanam non admiserunt. SCHILTFR. Exercit. XXV. n. 17. Furtum nullo alio modo fieri intellexerunt, quam cum res aliqua ex alterius custodia furtim aufserit Art. XXIX. Lib. II. Alldie weilen er es niehe dieblich noch rauiblich aus jenes Gewehren brachte, quo etiam collimat ratio in Articulo nostro adducta: sintemahl daß ers ihm selber geliehen hat. quod enim mea voluntate custodia mea exiit, id mihi furtim ablatum esse dici nequit. Creditor, qui pignore vtitur, agit quidem contra legem Contractus, quod re quae in securitatem tantum crediti ei tradita est, v̄sus fit; sed pacem securitatemque publicam non turbavit; nec alteri quicquam ex possessione sua abstulit, quod in furto primario punitur. Indeque etiam nulla in Articulo nostro poena neque ordinaria neque extraordinaria statuitur, sed ad damni tantum restitutionem creditor condemnatur, und bessern ob er es geergert hat. In quo licet nominatim de pignore non agatur, ex idemitate tamen rationis, quod ibi de commodato statutum est, ad pignus iuste per trahitur. Illustris GVNDLINGIVS idem facit in saepe allegato Schediasmate de Iure oppignorati territorii §. LXXXIII. et Creditorem

pignore vtentem Iure Germanico furtum non committere docet: at in principiis iterum dissidemus: ille hunc effeatum translato in Creditorem dominio adscribit; nullam enim in pignore quo Creditor vtitur rei alienae contrectationem adesse putat. Ego vero licet rem alienam hic agnoscam, contrectationem tamen non admitto: non contrectatur res quae iam in nostra custodia est, quae nobis ab ipso domino tradita. Conuenit cum Saxonico IVS LVBECENSE. Apponam Meuii verba ad Art. II. Tit. II. Part. III. n. 25 et 26. *Cum quis rem alienam inuitio domino contrectat, furtum committitur, unde Creditor pignore vtens et commodatarius rem in alios, ac in quos data est, usus conuertens, furtum committere et per consequens res furtiva dicitur: Sed nostro isti pro furibus non habentur, vii ex hoc articulo patet, unde colligo, si cui usus vel quedam potestas rei nostrae concessa sit, et extra limites concessionis quis de eo disponit, esse saltum de fide rupta competentem aduersus accipientem actionem rem autem non fieri furtiuam.* Quod de iure LVBECENSI MEVIVS tradit, de IVRE HAMBVRGENSI non minus verum existimo; Iure enim Hamburgensi aequa ad fidem habitam et possessionem respicitur; et articulo etiam XXXIII. Partis IV. des Stadt-Nichts, vbi de poena furti agitur, de nullo alio furti genere, quam quo res aliqua aufertur, mentione iniicitur. Quibus omnibus CAROLINAM non repugnare puto: quamuis IMPERATOR ART. CLXX. von Straffe derjenigen, so mit vertrauter oder hinterlegter Haabe ungetreulich handeln, sequentem in modum disponat: welcher mit eines andern Gütern, die ihm in guten Glauben zu behalten und zu verwahren gegeben seyn, williger und gefährlicher Weise dem Gläubiger zu Schaden handelt, solche Missethat ist einem Diebstall gleich zu straffen et KRESSIO quoque a mente Imperatoris non alienum videatur in Comment. in Const.

Const. Crim. d. Art. p. m. 390. plures species v. c. Commodantem, mandantem, debitorem pignus dantem, dominum ad officium camerale aliquem constituentem a suis correlatis perfide agentibus deceptos, huc referri. Primo enim in CAROLINA multa iuri Germanico contraria contineri, inter omnes constat: deinde de deposito tantum agit Imperator. Lex autem poenalis ad alios Casus extendenda non est: praesertim cum inter pignus et depositum differentiae ratio non desit. Indicat eam etiam MEVIVS all. loco, verbis quae modo inserta proxime subsequuntur: *in iis antem casibus, ubi nec usus nec potestas aliqua conceditur, furtum et rem furtuam fieri.* Indeque rem depositam alienatam ex iure Lubecensi inter furtiwas computat. Nolo nunc in res depositas alienatas inquirere. Quod ad pignus, magnam inter animum fraudulentum qui in fure est et factum creditoris pignore. vtentis intercedere differentiam puto: alter nobis rem nostram plane auferre intendit, alter re tantum vtitur, et si eam deterioremi reddit, quod celari non potest, datum damnum resarcire debet. d. Art. XXII. Lib. III. Speculi Saxonici,

## COROLLARIA.

I. IVS HAMBVRGENSE multo aequius est IVRE ROMANO: eluet hoc iis ex Articulis in quibus id ab hoc recedit v. g. in Praelatione dotis, in Testamenti confectione, in rei vindicatione.

II. Ex IVRIS HAMBVRGENSIS Articulo VII. Tit. II. P. III. induci nequit dominum in pignore esse hoc iure translatum. Verba eius ita se se habent. *Do jemandt ein Pfandt, so er von seinem Schuldiger in Händen, verschafft oder legirt wurde, ist er nicht schuldig dasselbige Pfandt den Erben folgen zu lassen, wann gleich ihm der Erbe die Schuld, dafür das Pfandt haftet oder ausgesetzt worden, zu bezahlen erbdhtig ist.*

III. Quaeritur, si merces antea aliis iam obligatae sint et Debitor

Debitor eas non tradiderit, postea autem bonis cedere coactus sit an creditori Bodemeriae in Concursu p[re]e aliis Creditoribus hypothecariis in his mercibus praferentia competit? negatiuam cum ILLVSTRI et MAGNIFICO Dn. IOH. IVLIO SVR-LAND, I.V.L.T. Reip. Hamb. Syndico longi meritissimo in Dissert. de Literis Maritimis *vulgo* von Zeebriefen (argumento ele- ganti nec tum praetraクト) cap. III. §. 3. amplectimur.

IV. Poena mendacii merito in foris introduci deberet: famigratissimi Icti necessitatem eius perspexerunt. At vetus remansit querela. Personant sora mendaciis et periuriis; de poenis vero horum grauissimorum criminum vbiuis fere altissimum est silentium. vid. VIRI ILLVSTRIS et PERQVAM RE-VERENDI IOH. A SPRECKELSEN, I. V. D. et Capit. Ham- burg. Canon. Dissert. de vsu forensi Articulorum Positionalium, eorumque abuso praescindendo. Sect. II. §. 7. pag. 55.

V. Facit ad seruandam fidem, quod ex Instrumento obli- gatorio et valido executivi agi possit, licet causa debendi ex- pressa, in eo non sit. Inde IVRE HAMBVRGENSI P. I. Tit. XX. Art. II. sancitum. In Schuld[er]f[ü]rderung, die mit öf- fenslichen unleugbaren und unverfelschten Brieff und Siegeln können bewiesen werden und die keine unehrliche Zusage in sich halten, unge- achtet ob die Ursache der Schuld in der Obligation specificiter und ausgetruct oder nicht: Sol der Kläger mit Fürlegung des Ori- ginal-Schuld-Brieffs summariter darauf klagen.



Kiel, Diss., 1730/33

ULB Halle  
003 260 100


3



St.







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IVRIDICA

QVA

DIFFERENTIAS IVRIS

ROMANI ET GERMANICI

CIRCA

PIGNVS IN MANVS

TRADITVM

GERMANICE

Sandhabend Pfand,

ANNVENTE

AMPLISSIMO ICTORVM ORDINE

IN ILLVSTRI VNIVERSITATE

CHRISTIAN-ALBERTINA

AD DIEM IVNII ANNO M DCC XXXIII.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

PRAESES

IOACHIMVS DE FRICCIUS,  
I. V. D.

RESPONDENTIS PARTES SVSTINENTE

MATTHIA HINR. OPPERMANNO,  
SLESVICENSI.

KILIAE, LITERIS GODOFREDI BARTSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

1733, 1

78

14